
A. Krag

de angelis et anima humana.


Hafn., 1598.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°

3, – 99.

DA BOX

= LN 1021

M

LN 1021

M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°

# THESES PHYSICÆ DE ANGELIS ET ANIMA HUMANA.

*Diſputandæ ad IV. diem Octobris in Academia Regia Hafnienſi,*

PRÆSIDE

*ANDREA KRAGIO*

*Ripenſi,*

Reſpondente

*Paulo Martini Oſtrupio. G.*

HAFNIÆ

*Impreſſit Matthias Vinitor.*

ANNO

CIↃ IↃ IIC.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°

*Proclus in Alcib.*

INtellectus ipſe qvidem circa nos ſemper agit, ſemperq́ꝫ præbet intelligentiæ lumen: atq́ꝫ etiam prius qvam in conditionem labamur irrationalem. Et qvando in paſsionibus vitam degimus, & paſsionibus qvandoq́ꝫ ſedatis, non ſemper animadvertimus: ſed qvando à qvamplurimo generationis tumultu purgati ſumus, atq́ꝫ tranſqvillè vivimus (tum enim intellectus nobis effulget) tunc qvaſi nobiſcum loqvitur, tunc ſuam nobis communicat vocem, antea ſilentio præſens.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°

## Theſis I.

NE videamur de nihilo noviſsima diſputatione anniverſaria monuiſse, mentes id eſt Angelos & Animam humanam, creaturarum ſimplicium Phyſicæ adjungendas; conſilium eſt, hujjus rei cauſas reddere: & fidem datam liberare.

## II.

Nam habentur qvidem à multis, non obſcuræ exiſtimationis viris, pro compoſitis: qvod finitæ ſint, & in certis locis officia peragant: ſed penitius rem introſpicienti, eam reperientur habere naturæ ſimplicitatem & ſubtilitatem, ut meritò immateriales dicantur, & ad formarum Phyſicam referantur.

## III.

Hoc etiam nomine appellantur in ſcholis χωριστοὶ & ſeparatæ qvædam eſsentiæ. Aliqvando etiam immortales, in qvibus ut nulla habet locum & vim compoſitio rerum diverſarum: ita nulla in iis eſt pertimeſcenda corruptio, nulla diſſolutio.

## IV.

Potiſsimum autem in iis conſideranda eſt Ratio, per intelligentiam & voluntatem ſua exercens munia.

## V.

Intelligentia eſt facultas rationis, ea qvæ comprehendi poſsunt cognoſcens & cognita per memoriam reſervans.

## VI.

Perficitur inventione & judicio.

## VII.

Inventio eſt facultas intelligentiæ ad inveniendum ea, qvorum noticia hominibus eſt conceſsa.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°

VIII.

*Iudicium eſt facultas intelligentiæ, inventa diſponens: ut poſtea ritè judicentur.*

IX.

*Iudicium eſt ſimplex & compoſitum.*

X.

*Simplex, qvo ſimplices rerum affectiones conſiderantur.*

XI.

*Compoſitum, qvo unum ex alio componendo colligitur & deducitur.*

XII.

*Voluntas eſt facultas rationis, appetens grata, & fugiens inimica prius dijudicata. Hæ ſunt affectiones mentibus communes.*

XIII.

De Angelis. *Angeli ſunt creaturæ ſimpliciſſimæ, perfectiſſimæ, intelligentia acutiſſima, voluntate promptiſſima & memoria tenaciſſima: qvæ veluti in momento & aſpectu ſuas actiones abſolvunt.*

XIV.

*Naturam hanc Angelorum perfectiſſimam & abſolutiſſimam demonſtrant eorum actiones. Tanta enim ſunt intelligendi dexteritate, tanta movendi celeritate, ut omnes noſtras volutationes, cogitationes, operationes, longo poſt ſe intervallo relinqvant.*

XV.

*Qvid qvod: tam perfectè ſuas abſolvunt actiones: ut nec intelligendo, nec judicando, nec etiam efficiendo aberrent.*

XVI.

*Eſſentia nihilominus ſunt & poteſtate finita: qvia à prima dependent cauſa, qvæ ſola eſt infinita. Alioqvin duo conſtituerentur rerum principia infinita: & aliqvid deo, primæ rerum cavſæ, eſſet æqvale: qvod avribus delicatis & politis ridiculum eſt.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°

## XVII.

*In loco etiam finito ſunt, ſed non ut corpora: Deſtituti enim materia, corpora non habent. Sed qvemadmodum radii Solares aërem (ut ſimilitudine Philoſophorum mutuatitia rem explicem) qvem non denſant, nec diſtrahunt avt diſſ cant, penetrant; ſic Angeli ſunt in loco, verum, ut ſcholaſtici loqvuntur, per deſignationem & definitionem, non per circumſcriptionem. Vnde jam dicere licet, Hic eſt Angelus. Ibi non eſt. Cum non ſit in cœlo & in terra eodem momento: qvod confiteri omnes, negare nemo avdet.*

## XVIII.

*Vt avtem varia immutantes loca, Angeli ea non efferunt, nec contrahunt: ſic etiam interea more corporum non alterantur: ſed omnes illorum actiones ad perfectionem contendunt. Obediendo enim ſervant ſuam naturam & perfectionem: nihil ex ea deperdentes. Fas enim eſt finitum ab infinito ſuam perfectionem accipere.*

## XIX.

*Officium illorum indicat ipſum nomen. Angeli enim appellantur, qvod ſæpiſſimè Dei mandata ex cœluri ad hæc inferiora tranſmittantur. Iuſſu enim & mandato primæ cavſæ res mundanas procurant, ſæpius earum rectioni & conſervationi præfecti.*

## XX.

*Et cum ſimplices ſint, actus puri & perfecti, principiumq́ in ſeſe habeant agendi, nullo medio avt inſtrumento indigent ad haſce actiones perficiendas. Sed ſunt ſibiipſis non ſolum ſufficientes ad actiones, verum etiam in multis motum excitant. Adeo ut ſi qvis Ariſtotelis ſubtilitatibus fidem adhibere voluerit, qvod ingenio Philoſophico liberum relinqvo, orbibus*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°

qvos in gyrum agere dicuntur, ſuam perfectionem & motum attribuunt.

XXI.

Hæc avtem mandata commodè procurare neqveunt, niſi hæc inferiora intelligant.

XXII.

Non tamen ſunt edocti, ſermone, ſignis, characteribus; ſed illuſtratione ſuperioris illius ſpeculi, in qvo omnia ſunt præſentia: & virtute ſibi à Deo tradita.

XXIII.

Viſio hæc ſev cognitio, illam, qvæ in Anima eſt, intellectionem, multis modis excedit. Nam etſi illa nupera cognitio, acceſſit ad Angelos, cum nondum in illis erat: tamen non abſcedet, nec denuò excidet. Facta enim in illis eſt adjunctum proprium: accepta natura ad retinendum apta, in qva aſſidua eſt contemplatio, oblivio nulla.

XXIV.

In hac etiam legatione & muneribus perficiendis, aliqvando hominum, avt etiam aliarum creaturarum figuras aſſumunt & ſpecioſa corpora: qvæ etiam tempore juſto deponunt: & ita in certam & finitam magnitudinem dilatantur & contrahuntur.

XXV.

De duratione Angelorum avt etiam de tempore qvo conditi ſint, nihil ferè avſi erant Philoſophi litteris prodere. Veriſimile tamen eſt, eos cum reliqvis creaturis conditos: non ab æterno fuiſſe, avt aliqvot ſeculis mundum præceſſiſſe. Siqvidem æternitas ſoli Deo competit.

XXVI.

Talis eſt Phyſica Angelorum & humana eorum cognitio: cui tamen per experientiam commodè additur; multos reperiri Angelos crudeles & malos, dæmones vulgò in ſcholis appellatos, nunqvam commoda, ſemper damna humano generi inferentes: de qvibus parciùs ſcripſêre Philoſophi. Sed qva de cavſa illi

*illi de ſua ſint præcipitati felicitate & bonitate, & ex Angelis lucis facti Angeli tenebrarum, naturæ acies havd qvaqvam diſpicere potuit.*

XXVII.

*Anima eſt creatura ſimplex & immortalis: ſuâ naturâ apta ad ingrediendam conſtitutionem compoſiti: qvando providentiæ qvadam lege, & fato cum convenienti materia fuerit conjuncta.* De Anima humana.

XXVIII.

*Simplicem & immortalem eam ſtatuerunt Philoſophi: qvia talem voluit illam eſſe prima cavſa à qva dependet: Deinde, propter ſimilitudines multarum prærogativarum, qvibus Deum videtur anima imitari: Et poſtremo, qvia principium motus eſt, & ex ſeſe ſemper movetur: ſuo etiam tempore, ad imitationem Dei regentis mundum, gubernatura qvod ſibi commiſſum fuerit.*

XXIX.

*Nulli avtem idem ignotum eſſe poteſt, ſeparationem ejus à corpore conſideranti: avt animam ſine corpore contemplanti. Qvi enim ita animam contemplatur, nihil avfert ab illius eſſentia: cúm homo per animam ſit id qvod eſt.*

XXX.

*Decet etiam animæ divinitatem ſuas exercere vires, actionesq́ perficere, absq́ accidentium præſidio & ſine ullo medio. Eſt enim ſibiipſi principium ſatis potens ad producendas actiones ſimplices & compoſitas: ita tamen ut una alteram excipiat.*

XXXI

*Rationalis etiam eſt per ſe conſiderata Anima. Alioqvin in corpore perpetuò hæreret: avt à corpore ſejuncta in perpetuo degeret otio: qvod de illa cogitare inconveniens eſt. Illæ enim actiones, qvæ intellectu, ratione, mentisq́ judicio peraguntur, ſolius animæ munera ſunt.*



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°

XXXII.

*Ad ſummam; qvamvis Anima eodem momento cum corporibus creetur, neq; hæc humana forma hominis conſtitutionem antevertat: tamen qvalis ſit ejjus natura & eſſentia, etiam ſine corpore, aliqvatenus ex prædictis palàm eſſe homini prudenti poteſt.*

XXXIII.

*Atq; hæc ſunt qvæ de Angelis & Anima, odorati doctorum Philoſophorum veſtigia, qvorum vix umbra ſumus, didicimus, dicimus, ſentimus: Conſpirantes interea cum iiſdem, judicantibus humanæ ſapientiæ partem qvandam eſſe, nonnulla æqva mente neſcire velle.*

*Nihil eſt jam dictum qvod non ſit dictum prius.*

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1021 4°